



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De
Contractibus

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, MDCCXXXIII.

VD18 90392159

Append. De Jejunio Ecclesiastico.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40993

Contra illam peccatur per excessum 1. Ratione objecti, si immodestum, petulans, contumeliosum, injuriosum, obscœnum, periculosum, vel prohibitum jocandi, aut ludendi genus usurpetur. 2. Ratione circumstantiarum, si genus ludendi, vel jocandi alioqui licitum exerceatur in loco vel tempore indebito, modo indecoro, nimis diu, vel contra dignitatem personæ illud usurpantis, vel ejus, coram quâ usurpatur. 3. Ratione immodici affectûs.

Per defectum verò peccatur, cum quis ex animi austeritate, seu morositate omnem honestam animi recreationem sibi necessariam repudiat, vel in aliis impedire conatur.

6. Circumspectio est virtus, quæ sermones moderatur secundum rectam rationem, & Legem divinam, ita ut non loquamur nisi quando, ubi, quæ, quibus, & quomodo oportet. Est valde necessaria, quia ex ejus defectu innumera admittuntur peccata, nam *lingua ignis est, universitas iniquitatis.* Jac. 3.

APPENDIX.

De Jejunio Ecclesiastico.

Q. I. **Q**uenam ad illud requiruntur?

Resp. I. **Q**uia I. Abstinencia à carnibus, atque etiam ab ovis, & lacticiis; nam hæc sunt

B 4

sunt

sunt etiam prohibita jure communi, eò quòd ex carne originem ducant, & multum nutriant, can. 6. dist. 4. ex S. Gregor. ibi: *Par est, ut quibus diebus a carne animalium abstinemus, ab omnibus quoque, quæ sementinam carnis trahunt originem, jejunemus: à lacte videlicet, caseo, & ovis.* Hinc Alex. VII. damnavit hanc propos. *Non est evidens, quòd consuetudo non comedendi ova, & lacticia in Quadragesima obliget.* Verùm hac in re spectanda est cujusque regionis legitima consuetudo, nam quibusdam in locis esus ovorum, & lacticiniorum omnibus jejuniorum diebus prohibetur, in plerisque verò solum in Quadragesima: imò dicunt in quibusdam, ut in Germania ne in Quadragesima quidem. S. Thom. 2. 2. q. 147. a. 8. ad 3. ait: *In jejunio quadragesimali interdiciuntur universaliter etiam ova, & lacticia. Circa quorum abstinentiam in aliis jejuniis diversæ consuetudines existunt apud diversos, quas quisque observare debet secundum morem eorum, inter quos conversatur.*

2. Abstinentia à pluribus refectionibus, ita ut intra spatium diei naturalis non nisi semel corpus reficiatur. Sic enim Ecclesia vult per jejunium corpus castigari, & concupiscentiam coerceri, ut tamen natura ipsa non notabiliter lædatur: multum autem læderetur, si una relectio non permitteretur; & corpus non castigaretur, nec concupiscentia satis coerceretur, si permitterentur duæ. Hæc relectio debet

bet

bet esse continua, alioqui non esset una, sed
reperita. Si quis tamen ob urgentis negotii
causam ab illa nondum sufficienter sumpta
discedat, potest confecto negotio ad eam re-
dire, eamque perficere; quia spectatis cir-
cumstantiis, & ex intentione censeretur unica
moraliter refectio. Secus, si satis refectus ab
ea discesserit. Non licet autem diu protrahe-
re prandium, nam hoc esset æquivalenter du-
plicem refectionem sumere: idem enim est
in ordine ad nutriendum corpus, sumere no-
vam, aut diu continuare eandem refectionem,
quæ re ipsa erit moraliter, & virtualiter multi-
plex. Nec refert, quòd non semper edatur,
sed fiat combulatio, nam interea concoquit
stomachus cibos sumptos, qui sufficiebant pro
integrarefectione, & alii substituuntur.

Hinc qui die jejunii mane comedit etiam in-
culpate, puta ex inadvertentia, tenetur eo die
abstinere ab alia refectioe, si potest sine gravi
incommodo; quia jejunium adhuc quoad
unicam refectioem servare potest, *Lessius*.

3. Certum tempus refectiois, quod nunc
ex recepta consuetudine est circa meridiem,
ita ut non liceat sine justa causa hanc horam
anticipare, ut constat ex sensu, & praxi Eccle-
siae. Potest tamen pro arbitrio differri refe-
ctio usque ad horam tertiam pomeridia-
nam, vel solis occasum, ante quod tempus
olim vetita erat, saltem in Quadragesima.

Q. 2. An præceptum jejunii per se obligat sub mortali?

Resp. Aff. Constat 1. ex consensu Doctorum, & fidelium. 2. Quia res præcepta capax est gravis obligationis (cum sit opus virtutis in suo genere grave,) & ab Ecclesia absolute præcipitur. Præcepta autem obligant pro gravitate materiæ, saltem dum Superior expressè non declarat se velle tantum leviter obligare. 3. Alex. VII. damnavit hanc propos. Frangens jejunium Ecclesiæ, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu, vel inobedientiâ hoc faciat, puta quia non vult se subicere præcepto.

Hinc peccat mortaliter 1. Qui die jejunii, vel abstinentiæ carniûm, comedit sine necessitate carnes; nisi excuset à mortali materiæ parvitas, quæ communiter admittitur, eò quòd prohibeantur carnes prout nutritivæ, seu reactivæ vitium, at parùm carnis parùm nutrit; ergo etiam parùm seu sub parva culpa, & non graviter prohibetur. Hæc tamen parvitas difficilè constitui potest. 2. Qui vescitur ovis, aut lacticiniis, nisi permessa sint ab Episcopo, vel legitima consuetudine. 3. Qui aliquid notabile extra unam refectionem, & colatiunculam comedit, etiam interruptim.

An autem mortale sit tempus refectionis notabiliter anticipare sine justa causa?

Controvertitur. Layman censeo olim quidem

dem

dem notabilem anticipationem fuisse mortalem, nunc verò spectatâ hodiernâ Ecclesiæ consuetudine esse solum venialem. Sed Covar. Nav. Sanchez, Comitol. Azor, Reginal. & alii docent etiam nunc esse mortalem, & probant 1. Ex sensu fidelium, & ex fine jejunii. 2. Ex cap. *Solent.* de Consec. dist. 1. *Nullatenus jejunare credendi sunt, si ante manducaverint, quam vespertinum celebretur officium.* & ex Conc. Rothomag. an. 1072. cap. 21. *Nullus in Quadragesima prandeat, antequam, horâ Nonâ peractâ, Vespertina incipiat. Non enim jejunat, qui ante manducat.* Ergo ex mente Ecclesiæ tempus refectionis lege, vel consuetudine universali statutum, est conditio pertinens ad substantiam præcepti, vel ad modum substantialem illius. Nam etsi in anticipatione horæ discessum sit ab instituto veteris Ecclesiæ, non tamen in eo, quòd certa hora servetur, quam non liceat comedendo prævenire. 3. Ex S. Thom. in 4. dist. 15. q. 3. a. 4. q. 3. *Ille jejunium solvit, qui Ecclesiæ determinationem non servat. Unde cum Ecclesia instituerit certum tempus comedendi jejunantibus, qui nimis notabiliter anticipat, jejunium solvit.* Porrò juxta multos nulla est culpa, si ob justam causam, qualis est iter necessarium faciendum, tempus illud notabiliter antevortatur, eò quòd id usu receptum sit apud doctos, & probos; & facilius excusatio in hoc locum habeat, quam in aliis ad jejunium requisitis, cum refectionis tempus ad finem jejunii minùs conducat.

Q. 2.

Q. 3. *Quid dicendum de Cænula seu Collatiuncula?*

Resp. I. Hæc consuetudine inducta est, & ab Ecclesia tolerata, ideóque ex probata piorum ac timoratorum consuetudine determinanda est, secundum quantitatem, & qualitatem ciborum. De quantitate id universim dici potest, eam debere esse valdè modicam, ne cænula convertatur in cænam; & juxta multos non debere esse eandem pro omnibus, & ubique, sed diversam pro diversitate complexionum, laborum, ac regionum, quarum aliæ aliis calidiores sunt: unde fit, ut alii minore cibo, quàm alii indigeant. In variis locis consuetudo plus permittit in Vigilia Nativitatis, & in Cæna Domini, quàm aliis diebus. Quoad qualitatem prohibentur ii cibi, qui valdè nutriunt, qualia sunt ova, pisces, legumina cocta, quippe ignis coctio materiam nutritioni aptiorem efficit; ut proinde corruptela sit, inquit Azor, si fumantur legumina, & pisces. Nam cum lex jejunii unicam refectioem permittat, inductaque sit consuetudine Cænula, in hac iis solùm cibis licet uti, qui ipsa consuetudine sunt approbati, quales sunt leviores, ut fructus, & pro more regionis parùm casei. Licet tamen sumere jusculum ex leguminibus coctis ob necessitatem, ita ut habeat rationem medicinæ potius, quàm cibi: nam ex S. Thom. medicinarum assumptio non solvit jejunium.

Resp.

Resp. II. Non licet Cænulam sumere mane ante meridiem: quia Ecclesia præcipit, & Canones præscribunt, ut nil sumatur in cibum antè horam consuetam, quæ circiter meridiem est. Imò non licet cænulam sumere etiam meridie, dilatâ ad Vesperam Cœnâ, nisi iusta causa subfit, ut ratione negotiorum per diem gerendorum, hospitem, itineris, vel si quis aliter non posset noctu dormire. *Ita Navar. Azor. Less. Layman, dicens banc esse communem sententiam.* quia consuetudo cænulam permittens habet, ut nocte tantùm sumatur, nisi adsit iusta causa excusans: quæ tamen si absit juxta multos erit solum veniale; quia non violatur jejunium quoad substantiam, sed solum variatur ejus circumstantia non substantialis.

Q. 4. An qui ex iusta causa dispensatus est in abstinentia carnis, hoc ipso liberatur abstinentiâ ab alterâ refectiõne?

Resp. Neg. Quia 1. istæ duæ abstinentiæ, quas lex jejunii præscribit, sunt à se invicem separabiles, & seorsim conducunt ad finem præcepti, videlicet macerationem carnis; & causa dispensationis sufficiens pro una, non semper sufficit pro duabus. Cùm autè lex plures obligationes dividuas continet; qui unam exequinequit, tenetur ad aliam, si possit. 2. Papa Romæ, & Episcopi in variis Dioccesibus, cùm dispensârunt in abstinentia carnis ob causam pro ea sola sufficientem, declarârunt se non dispen-

dispensare in abstinentia à pluribus refectio-
nibus, sed ejus obligationem relinquere. Et
dicitur extare authentica de hoc Innocentii
XII. declaratio.

*Q. 5. An toties quis peccat mortaliter, quoties diè
jejunii sumit refectio, iteratam?*

Resp. Non pauci affirmant. Quia 1. juxta
omnes toties quis peccat, quoties carnes co-
medit; quia præceptum abstinendi à carnibus
est negativum, vetans ne ullo diei tempore
comedantur: at præceptum abstinendi à plu-
ribus refectioibus est etiam negativum;
nam non præcipit unam refectioem, sed
præcisè plures refectioes prohibet. Ergo
sicut peccatur per quasvis comestiones car-
nium, ita & per quotlibet, & singulas refectio-
nes ultra unam: præcepta enim negativa
violantur non solum per 1um & 2um Actum,
sed etiam per quoscumque alios sequentes. 2.
Quando vetatur aliquid sæpius, quàm semel
uno eodemque tempore fieri, non solum pro-
hibetur fieri bis, sed etiam ter, quater, &c.
Sic cum Lex vetat, ne fidelis sæpius quàm se-
mel eodem die communicet, aut sæpius in vita
Baptizetur, non solum 2. sed etiam 3. & 4.
actu violatur præceptum. Deinde mortifi-
catio carnis, quæ est finis legis, adhuc aliqua
obtinèri potest per omissionem aliarum refe-
ctionum: nam si quis mane, & in prandio se
refecerit, adhuc notabilis est mortificatio se
absti-

abstinere Vesperi, ut fuisset abstinere mane, & semper subtrahitur materia concupiscentiæ. 3. Ecclesia solum permittit unam refectionem, idque ad mortificationem carnis. Ergo præter secundam refectionem vetatur quoque alia ulterior, quæ etiam repugnat mortificationi carnis.

Hinc tres refectiones sumere non licet ei, cui duæ sufficiunt, & permissæ sunt ob infirmitatem.

Q. 6. An violat jejunium qui extra refectionem consuetam, & cænam aliquid bibit, vel comedit?

Resp. I. Multi docent non violari potu etiam vini, modò non in ea quantitate bibatur, quæ censeatur esse in fraudem jejunii; quia id permittit consuetudo à tempore immemoriali; nam cum potus ordinetur potius ad distributionem cibi per corpus, & refrigerium sanguinis, quam ad alendum; ideo Ecclesia ejus usum non vetuit. Idem dicunt de electuariis quibusdam, quæ parum nutriunt, v. g. Thæo. Sed alii id negant, aut non concedunt, nisi de potu necessario ad sitim sedandam, qui nihil, aut parum nutriat, & de electuariis, quæ in parcissima quantitate, & cum necessitate sumuntur, ita ut sint loco medicinæ. Circa hoc sic habet St. Thom. 2. 2. q. 147. a. 6. ad 2. *Jejunium Ecclesiæ non solvitur nisi per ea, quæ Ecclesiæ interdiceret intendit instituendo jejunium. Non autem*

autem intendit Ecclesia interdicere abstinentiam potus, qui magis sumitur ad alterationem, licet aliquo modo nutriat. Et ideo licet pluries jejunantibus bibere. Si autem quis immoderate potu utatur, potest peccare, & meritum jejunii perdere: sicut etiam si immoderate cibum in una comestione assumat. Et ad 3. Eleſtuaria, etiam si aliquo modo nutriant, non tamen principaliter assumuntur ad nutrimentum, sed ad digestionem ciborum. Unde non solvunt jejunium, sicut nec aliarum medicinarum assumptio, nisi forte aliquis in fraudem eleſtuaria in magna quantitate assumat per modum cibi.

Resp. II. Juxta omnes violatur jejunium, si extra hæc tempora sumatur jusculum, lac, vel similis potio, quæ ad nutriendum principaliter ordinatur: quia vetantur ea omnia, quæ per se, ac principaliter ordinantur ad nutritionem, sive ea comedendo; sive bibendo, aut sorbendo sumatur, nam hæc cibi nomine veniunt, ut docet Bellarmin. lib. 2. de Bonis oper. cap. 1. idem dic de pomis, pyris, uvis recentibus, & omnibus aliis fructibus: nam hæc, & similia sumere est juxta communem sensum revera comedere, non bibere; & ex se nutriunt. S. Antonin. Licet tamen ob necessitatem aliquando in parva quantitate sumere per modum medicinæ, quamvis nutriat. Sic manè pauxillum panis cum haustu vini sumere licet ei, qui aliter sine gravi incommodo non posset jejunare, vel functiones animi, aut munera sua rectè obire

bibere: nam id tum se habet per modum medicinae, quae non prohibetur diebus jejunii.

Resp. III. Qui exiguum quid nutritivum saepius eodem die sumit, etsi sine proposito aliquid notabile sumendi, peccat mortaliter, cum ad quantitatem notabilem scienter pervenit. *Quia I. Alex. VII. damnavit hanc propos. In die jejunii; qui saepius modicum quid comedit, etsi notabilem quantitatem in se comederit, non frangit jejunium.* 2. Plura illa medica conflant simul magnam quantitatem; & producant notabilem effectum, in quo uniantur, scilicet notabilem nutritionem. Nam nutriunt perinde, ac si magna quantitas continenter sumeretur, singulae enim partes cibi, sive simul, sive interrupte sumantur, addunt robur, & substantiam, quae roboratio manet simul post sumptas omnes partes. Hinc non licet bibere pro arbitrio, & toties aliquid exiguum, manducare ne potus noceat; nam sic saepius modicum quid comedendo perveniretur ad quantitatem notabilem, ideoque violaretur jejunium.

Porro non excusatur a culpa veniali, qui rogatus ab amico exiguum quid comedit, ne inurbanus videatur; nam non est haec justa, ac legitima causa solvendi ex parte jejunium; nec licet unquam peccare, vel leviter. *Azor, & alii.*

Q. 7. *Quinam excusantur a Lege jejunii?*

Not. Certum est omnes Christianos post

Tom. II

G

1240

21um. annum completum teneri ad jejunium ab Ecclesia præceptum, nisi iusta ex causa excusentur. Nam nemo qui potest, excipitur, & Lex est universalis, ut constat ex sensu Ecclesiæ; & causa hujus præcepti in omnibus locum habet, nam omnes egent mortificatione carnis, & castigatione corporis, ut subjiciatur spiritui, & Deo satisfiat pro peccatis.

Resp. Quoad abstinentiam ab altera refectio-
ne excusantur generatim omnes, qui sine
gravi incommodo, seu damno jejunare non
possunt. Speciatim verò hi I. Ægroti, infir-
mi, item convalescentes, quos infirmitas valde
extenuavit: quia iis non sufficit una refectio,
sed indigent crebriore, & modica. De sufficien-
ti gravitate infirmitatis consulendus est pru-
dens Medicus, nam ratione officii, & peritiæ
ad ipsum spectat hoc judicium. Quòd si cau-
sa ei est dubia, & incerta, auctoritate Superio-
ris opus est; quia tunc necessaria est juris
relaxatio, ad quam Medicus, vel Confessarius
potestatem non habet. *Azor.* Qui autem ob
infirmitatem non possunt jejunare omnibus
diebus Quadragesimæ, sed possunt aliquot
diebus cujusque hebdomadæ, v. g. alternis,
vel duobus, &c. tenentur illis diebus, quibus
non habent justam causam non jejunandi.
Nam cum singulis diebus sit affixa nova obli-
gatio jejunandi, & hæc non tollatur nisi per ju-
stam causam; si aliquot diebus impleri possit
obligatio, tunc ea urget. Qui verò dormire
neque-

nequeunt, nisi sumptâ cœnâ, non ideò excusantur à jejunio, cum possint illud servare sine gravi incommodo, v. g. Collatiunculam circa meridiem sumendo, & integram refectioem serò: nam præceptum obligans ad aliquid, simul obligat ad media saltem non valdè difficilia, licet non ordinaria.

2. Prægnantes, & Nutrices; nam egent cibo pro se, & pro foetu vel prole, & jejunium iis graviter noceret.

3. Pauperes, qui non habent, quod uni justæ refectioem sufficiat, sed. (ut ait S. Thom. q. 147. a. 4. ad 4.) *Pauperes, qui possunt sufficienter habere quod eis sufficiat ad unam comestioem, non excusantur propter paupertatem à jejuniis Ecclesiæ; à quibus tamen excusari videntur illi, qui frustratim elemosynas mendicant, qui non possunt simul habere quod eis ad victum sufficiat.*

4. Pueri, ex communi, ante annum 21 um. completum non obligantur: quia cum usque ad hoc tempus communiter crescant, ac firmentur hominum corpora, egent frequentiore cibo, tum propter debilitatem naturæ, tum propter necessitatem augmenti, quod fit de residuo alimenti, ait S. Thom. a. 4. ad 2. Nec obstat quod aliqui ante hoc tempus non indigeant frequenti cibo, quia legislator attendit id, quod communiter & in pluribus accidit, ait S. Thom. monens conveniens esse, ut adolescentes jejunent plus vel minus secundum modum suæ ætatis, ut cum tempus obligationis advenerit,

facilius eam exequantur, & praesertim ut carnis concupiscentias, quibus tunc exaestuatur natura corrupta, jejunio coerceant. Imò possunt adolescentes ad jejunium obligari, ob urgentem gravem necessitatem, sive publicam, ut Jon. 3. sive privatam, ut si egeant hoc remedio ad cohibendam libidinem; nam bonum commune, & privatum spirituale praeferrì debet bono privato, & corporali.

Quoad senes, quamvis aliqui putent eos à jejunio eximi circa annum septuagesimum, tamen ex communi, teste Layman, aut saltem communiore, non est pro iis certum tempus constitutum, quo lege jejunii sint soluti, eò quòd alii citius, alii tardius viribus deficiant; cum è contra communiter crescant, & firmantur homines usque ad annum 21 um. Quare senes non excusantur, nisi quando corporis vires deficiunt, ita ut pluribus modicis egeant refectionibus aliàs grave nocumentum passuri. *Senes si sunt multum debiles, & modo possunt excusari, sicut dictum est de infirmis. Ratione autem senectutis tantum non excusantur, si sunt fortes ad ferendum jejunium; nec est determinata aetas ab aliquo, usque ad quos annos quis tenetur ad jejunium.* ait S. Antonin. 2. p. tit. 6. cap. 2. §. 5.

§. Operarii, opifices, & ii omnes, qui ex officio exercent opera laboriosa, ob quæ sine gravi incommodo jejunare nequeant. Quales sunt agricolæ, fossores, vinitores, fabri lignarii, & ferrarii, pistores, bajuli, & alii similes, quorum

RUM.

rum labor gravis est, & corpus multum defatigat. Idque juxta multos, quamvis non sint pauperes, modo talia opera ex officio exercent: quod, teste Sylvestro, iis concessit Eugen. IV. Ita ut non teneantur cessare ab exercitio suæ artis seu professionis ad jejunandum. Porro eo die, quo non laborant, ut si dies Festus superveniat in Quadragesima, tenentur jejunare, nisi aliàs grave incommodum sentirent ob laborem præcedentis diei, aut judicio prudenti redderentur inepti ab laborandum die sequenti.

Ex communi, non excusantur notarii, scribæ, pictores, barbitonfores, sartores, Typographi, qui torcular non tractant, sed characteres duntaxat componunt; futores, qui non suunt, sed solum scindunt corium, & materiam præparant; famuli, & ancillæ, qui non magnis in laboribus exercentur; & omnes quorum labor non est gravis, nec fit cum magna agitatione, quando unam justam refectio-nem sibi accomodatam habere possunt: quia isti possunt sine notabili incommodo jejunare. Hinc Alex. VII. damnavit hanc propos. *Omnes officiales, qui in republica corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione jejunii, nec debent se certificare, an labor sit compatibilis cum jejunio.* Item Professores, seu Præceptores, qui manè & serò docent, non excusantur à jejunio præcisè ob suum laborem, nisi adsit specialis infirmitas: nam experientiâ constat eos

posse communiter jejunare sine gravi nocu-
mento, quod solum potest eos excusare.

6. Qui pedibus conficiunt iter, quod in tem-
pus aliud à jejunio liberum nequeat commo-
dè differri, modo spectatis omnibus, ut itine-
ris longitudine, viarum difficultate, laboris
gravitate, itinerantis viribus, &c. non possint
sine notabili incommodo jejunare; quare circa
hoc non potest determinari numerus leuca-
rum, qui generatim excuset à jejunio; nam alii
plus, alii minus laboris capiunt ex via, & viae
aliae aliis sunt difficiliore, tempus etiam potest
augere, vel minuere incommoda, &c.

Dixi, *pedibus*, quia non excusantur, qui
equo, vel curru iter faciunt, nisi fortè ob ex-
traordinariam concussionem, ac defatigatio-
nem non possint sine gravi incommodo jeju-
nare. Nam lex jejunii obligat, quando serva-
ri potest sine notabili incommodo, seu nocu-
mento. Hinc Alex. VII. damnavit hanc pro-
pos. *Excusantur absolute à precepto jejunii om-
nes illi, qui iter agunt equitando, utcumque iter
agant, etiamsi iter necessarium non sit, & etiamsi
iter unius diei conficiant.*

7. His causis multi addunt pietatem, sive
opus præstantius, & Deo gratius, incompossi-
bile moraliter cum jejunio, ut sunt opera mi-
sericordiæ, tum corporalia, tum spiritualia, &
etiam religionis, quæ quis jejunando non pos-
set exercere, nec in tempus aliud differre, si
exerceantur ex officio, vel obedientia, vel ob
necessi-

necessitatem proximi: quia (ut ait S. Thom. 2. 2. q. 147. a. 4. ad 3.) *Non videtur fuisse intentio Ecclesie statuentis jejunia, ut per hoc impediret alias pias, & magis necessarias causas.* Nam cum Ecclesia præcipiat jejunium ut promotivum ad bonum, non intendit obligare ad illud prout impedimentum est majoris boni.

Observa. I. Nemo ab abstinencia carnis liberatur præcisè ob ætatem, & laborem gravem: Sed ad hoc requiritur morbus, vel infirmitas major, & specialis; quia abstinencia à carnibus rariùs potest grave nocumentum inferre, quàm abstinencia ab altera refectione.

2. Quamvis adsit gravis infirmitas, vel morbus, adhuc petenda est licentia à Superiore, nisi fortè in certis casibus ex consuetudine non petatur. Ita S. Thom. loco cit. & Conc. Tolet. 8. c. 9. id exigit. Tum quia rectus ordo disciplinæ id postulat: tum ut agnoscat auctoritas Ecclesie: tum maximè ut vitetur periculum seipsum decipiendi, & violandi legem: nam sibi quisque facilè fingere potest adesse causam justam exemptionis.

3. In dubio de sufficientia causæ ad non jejunandum, semper peti debet dispensatio; quia stat pro lege possessio, & indubio tutior pars eligi debet. Dispensare possunt cum sæcularibus Episcopus, vel etiam Parochus, juxta cujusque Diocesis consuetudinem; nam potestas dispensandi in hac lege sæpe occurrente potest ex consuetudine esse ei concessa,